UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs In Primam Digesti Novi

Bartolus

Lvgdvni, M.D.LXVII.

Castrensi peculio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96158

Visual Library

men differentia inter maleficium ⁊ delictum, vt notat Bartolus qui no. loquit in l. aut facta. in prin. ſ. de penis. An autem mora ſit culpa delictum, vel dolus, vide quod dixi poſt Bart. in lege, quod te. ſ. ſi cer. et. Et dū ſ. dixi ꝙ cōtumacia eſt delictū adde gl. in c. ex literis. de conſti. ⁊ glo. quam ibi ad hoc notat Bart. in l. ſi plures tutelā. verſi. ad ſecundā partē. ſ. de adminiſt. tut. Utrū autē culpa ſit crimē, ⁊ pro eo poſſit accuſatio ſeq, vide qđ no. Bal. in l. pe. C. ſi aduer. lib. maxime ſi itereſſet culpa in iudi. vel in cōtumacia. Et iſtis adde Bal. in d. l. ſi. C. de cri. ſtel. Et an cōtumacia ſit delictū vide Imol. in l. pe. §. a crimē. ſ. de pub. iud. ⁊ Bal. in l. ⁊ in multis. C. de appel. Una utem dolus ſit crimē. Bar. per illū tex. ꝙ ſic in l. j. ff. de fideiuſ. tut. ⁊ ideo punit crimine ſtellionatus, i. pena extraordinaria. ſic dolus verus nō preſūptus, vt dicebat Cy. l. j. C. de cri. ſtel. adde l. iij. ſ. de cri. ſtel. p Bar. in l. j. §. nūc tractemus. ſ. de tute ⁊ ra. diſt. ad fi. ⁊ ibi, an appellat ōe maleficij veniat qlibet dol⁹

c Al. ¶ Eſſe bānitus. Uide Bal. i l. j. C. de mō mulct. ⁊ i l. fi. C. de crimine ſtellio. Et an ex bannitus propter contumaciā dicatur bānitus propter delictum vide Bal. in l. ſi mora. ſ. ſoluto matri. ⁊ ibi vult, quod dicatur eſſe delictum in omittendo, non in committendo. ⁊c.

LEX XIIII.

Qui commeatus. [a]Nota textum ibi, dū tamen non tardius ⁊c. Ex quo habes, ꝙ quādo tu allegas impedimentum, debes probare tantum feciſſe quod perfeciſſes, niſi impedimentum ſuperueniſſet.

ADDITIO.

a Ale. ¶ Qui commeatus. Adde tex. ⁊ ibi Bar. in l. quibus diebus. in prin. de condi. ⁊ demon. vide Bart. in auth. Item ſi appellatione. C. de tēpo. appel. ⁊ Bart. in l. preſens. C. de appel. quod habes in l. pe. §. docere. ſ. ne quis eum, qui in ius vocat.

De Caſtrenſi peculio. Ti. xvij.

LEX I.

1 ☞ An filiusfamilias habeat heredem.

Filijfamilas. Filiusfamilias nō habet heredē ab inteſtato: ſecus ſi fuerit teſtatus. h. d. cum l. ſeq. Oppo. ad primā l. de l. qui duos. ſ. de vulga. ⁊ pup. Sol. vt in gl. Secūdo opp. ⁊ videtur, ꝙ pater poſſidat bona, que aliūde obuenerunt filio, eo iure ꝙ bona filij, vt no. ſ. de pet. here. l. iij. j. reſp. Sol. vt ibi. Ad l. ſeq. opp. ꝙ filiusfa. habeat heredē, vt C. de epi. ⁊ cle. ſacro

1 ſacte. ⁊ l. j. §. nepos. ſ. ſi quis a pa. fue. ma. Sol. fateor, ꝙ † iure antiquo filius nō habebat heredē niſi in duobus caſib⁹ ſpecialibus qui ponūtur in legib. cōtrarijs. Ad hoc aduerte. Innuit gl. ꝙ de iure ātiquo Digeſtorū filiusfa. nō habebat heredē niſi i vno caſu, vt d. l. j. §. nepos. Ego dixi vobis aliter, ꝙ in dote filiusfa. habebat heredē de iure Digeſtorū, vt ſ. de pac. do. āu⁹ ⁊ ibi no. ⁊ l. poſt dotē. ſ. ſol. mat. ⁊ ibi trāgitur, ⁊ ibi pleniſſime

a xi. Itē innuit gl.[a] ꝙ de iure Codicis filiusfa. non habebat heredem niſi in caſu d. l. ſacroſancte. C. de epiſc. ⁊ cle. qđ nō eſt verum imo indiſtincte hꝫ heredē de iure Codicis in omnib⁹ aduentitijs. vt l. qđ ſcitis. C. de bo. que libe. de iure vero Authēticorū nō eſt dubiū ſm gl. ⁊ ōes, ꝙ filiusfa. in ōib⁹ habeat heredē, vt in auth. de here. ab inteſt. §. ſi igitur defūctus. iſta inueſtigatio eſt vtilis, propter ea que dixi in l. poſt dotē. ſ. ſoluto matr.

ADDITIO.

a Aler. ¶ Innuit glo. Adde Bartol. in l. iij. §. dari. ſ. de bo. poſ. ⁊ adde, quod ſecus eſt in caſtrenſibus, vt not. doc. in l. ſi filiusfa. ſupra, de damno infecto.

LEX III.

1 ☞ Relictum filiofamil. aduocato, pro emendis libris, dicit quaſi caſtrenſe. ⁊ quid in ſcholri.

1 Si mulier. Nota † ſi aliquis reliquit filiofa. aduocato aliquid ad emēdos libros: vel forte aliqua dominadat ſibi equū, cauſa eundi per officia iſtud anumerabitur in quaſi caſtrenſi peculio. Quid ſi daret ſcholari, qui ad huc nō militat, ſed militare addiſcit. dic vt dixi in l. j. §. nec caſtrēſe. ſ. de collatio. bon.

LEX IIII.

1 ☞ Conſenſus patris, non requiritur filiofamilias agenti, in cauſa caſtrenſi.

1 Miles. §. actionem. Per iſtum §. reprehēditur glo. que eſt C. de bonis liber. l. cū non ſolum. §. neceſſitate. que dicit, ꝙ † filio agenti in caſtrenſi peculio requiritur patris conſenſus. quod eſt contra hunc textum.

LEX VIII.

1 ☞ Res apte ad militiam donate filiofami. cēſentur peculium caſtrenſe.

2 Predium ſi relinquitur, vt inde emantur equi, dicitur caſtrenſe peculium.

3 Donatum filiofamilias quando dicatur peculium caſtrenſe.

4 Uerba enuntiatiua in contractibus inter eaſdem perſonas probant, ſi enuntiatur ſuper eo, quo partes libere diſponere poſſunt.

5 Donatio fit alicui pro bene meritis, ⁊ bonis ſeruitijs habitis, quando ex tali aſſertione inducatur probatio meritorum.

6 Inſtrumento venditionis rerum eccleſie ſi dicitur precedentibus legitimis tractatibus per hoc non, probatur quod interceſſerint.

Si forte. Iſta eſt notabilis lex. Opp. ſ. eo. tit. l. ſi militi in fi. ⁊ j. eo. l. caſtrenſe. Solut. intellige, † quod hic donabantur res non apte ad militiā, vt pdia ⁊ cetera immobilia: ſecus ſi darentur res ad militiam apte, vt in legib. contrarijs: ⁊ probatur hec diſtin-

2 ctio C. eo. l. j. lib. xij. ¶ † Sed quero, quid ſi relinquatur predium vt vendatur, ⁊ inde ſibi emat equos, ⁊ arma, ⁊ ſimilia, an enumerabitur in caſtrenſi peculio? Reſpondeo ꝙ ſic, vt ſ. eo. l. iiij. Non obſtat hec lex. q2 hic fuit dictum, quod ille res eſſent in caſtrenſi

3 peculio, que tamen ad hoc apte non erant. Igitur † vt iſta materia liqueat, diſtingue ſic. Quandoque donatur, vel relinquitur filiofamil. ab eo, qui ſibi per militiam erat notus, ⁊ tunc indiſtincte peculio caſtrenſi aggrediatur, vt ſ. eo. l. v. Quandoque donatur ab alio, ⁊ hic diſtingue. Quedam ſunt res nullo modo apte, ad caſtrenſe peculium, vt immobilia, ⁊ iſta non ſunt caſtrenſis peculij, etiam ſi fuerit expreſſum, vt hic, niſi fuerit dictum quod vendantur, vt ſ. dixi. Quedam ſunt res omnino apte ad caſtrēſe peculium, vt equi, ⁊ arma, ⁊ ſunt caſtrenſis peculij, vt ſ. eod. l. iiij. in prin. ⁊ l. j. C. eo. l. caſtrēſe. Quedam ſunt res que poſſunt eſſe apte ad caſtrenſe peculium, ⁊ ad alia, vt ſerui, ⁊ tunc in iſtis diſtinguitur. Aut fuerunt donate, vel relicte ad hoc nominatim, ⁊ erunt caſtrenſis peculij, Aut fuerunt ſimpliciter donate, vel relicte, ⁊ tunc ſecus, vt ſ. eo. l. ſi militi. Item op. in auth. vt li. ma. ⁊ auie. in prin. Solut. ibi ſufficit ſola expreſſio voluntatis, ideo nihil extrinſecus requiritur: hic vero non ſufficit ſola voluntas ad conſtituendum caſtrenſe peculium ideo requiritur quod probentur alia.

4 ¶ Ultimo hec lex facit in arg. ad infinita. Nos dicimus in l. op-

a tima.[a] C. de contrah. ⁊ commit. ſtipu. quod verba enuntiatiua in contractibus probant inter eaſdem partes. Ego dico, quod illud eſt verum quando illa verba enuntiatiua emanāt ſuper eo ſuper quo partes poſſunt libere renuntiare, ⁊ ſibi preiudicare, alias non preſumitur, niſi probetur, vt hic. † Et per hoc dico in

b queſtione[b]. ſi aliquis donauit aliquid alicui pro meritis, ⁊ bonis ſeruitijs habitis, ⁊ receptis ab eo, ſi quidē iſta donatio fit ab eo,

c qui poſſit donare libere, nullis precedentibus meritis[c], tunc iſta verba enuntiatiua inducunt probationem inter eaſdem partes. ſed ſi de neceſſitate requireretur merita preceſſiſſe. ⁊ alias donare non poſſet, tunc illa verba non probarent merita preceſſiſſe. vt

6 hac l. notat. C. de collat. in l. ſi donatione † Et per hoc dixi. d. ſi in

d inſtrumento venditionis facte a capitulo alicuius eccleſie, contineretur, precedentibus legitimis tractatibus, ⁊c. Iſta verba inter eaſdem perſonas non probant, vt hic. Hoc etiam dixi vobis. ſ. de verb. oblig. l. ſciendum. ⁊ ibi plenius ſcripſi.

ADDITIO.

a Alex. ¶ In l. optimam. Hoc limitat Bal. in l. ſi donatione. C. de colla.

b Al. ¶ Dic in q̄ſtione. Uide Bar. in d. l. ſi donatione. ⁊ in l. p diuerſas. C. mā. ⁊ in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden. ⁊ in aut. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccle. Bal. in l. cū aliquis. C. de iure delib. Jo. Andr. in addi. Spec. in rub. de re. eccle. nō alie. Et hec faciunt ad queſtionem de qua per Barto. in d. l. ſi donatione vbi per Ful. ⁊ Dy. in conſi. incip. iure municipali, ⁊c. vide Ale. in d. l. ſi donatione. ⁊ adde Pau. de Caſt. in con. ciij. inci. in Chriſti nomine, ⁊c.

Pō. ¶ Precedētibus meritis. Nota Bar. velle, ꝙ licet expreſſio meritorum non probat inter patrē ⁊ filiū, ꝙ tamen probat inter alias perſonas non prohibitas: hoc eſt adeo verum, ꝙ licet appareat poſtea, tamē non poterit reuocari. Ita dicit Bal. in c. ſciſcitatus. co. j. extra de reſcri. hoc tamen quod dicit Bar. hic, videtur dubium per ea que dicit Alexan. in l. ſi donatione. C. de colla. in ij. limitatione. dum vult, quod in l. Aquilius. ſ. de dona. valeat donatio, eo quod conſtabat ibi de meritis: ergo econtra vult, quod non valeat, ⁊ tamen illa lex non loquitur inter perſonas prohibitas. cogita. Ex doctrina tamen Bar. hic, inſurgit mirum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

mirum,vt inquit Pe.in d.l.ſi donatione.⁊ ſequitur do.Bap.
quod cum hodie in inſtrumẽtis donationum dicatur,pro bene
meritis,quod quilibet donatio cenſebitur remuneratoria,niſi
dicamus,vt inquit ipſe,ꝙ talis clauſula ſolet apponi ex ſtylo
notariorũ,prout in ſimili dt Bar.in l.j.C.de iure codic.vel ali
ter,quod illa verba pro meritis,⁊c.intelligãtur de meritis ob
ſequialibus,non autem de dignis remuneratione,⁊ quilibet di
citur meritus quãdo non offendit.l.cum pater.§.rogo.⁊ l.Lu
cius,magna.§.Lucius cum gl.ſ.de leg.ij.⁊ expreſſe Bal.in d.
c.ſciſcitatus.in j.col.⁊ facit gl.in l.j.ſ.de donat,⁊ imo eſt cõſi
lium ſecundũ eum,vt dicatur in inſtrumento,quod beneficiũ ſit
compenſatiuus ⁊ remuneratione dignus,tũc enim cũ illa ver
ba faciunt fidem inter eaſdem perſonas,vt hic inquit Bar.⁊ ta
lis donatio habebit effectus donationis remuneratorie,vt ſu
pra quingentos non egeat inſinuatione,d.l.Aquilius.cum gl.
Circa quod tamẽ dubito. Nam cum donatio vltra quingẽtos
aureos requirat inſinuationẽ,nec tali inſinuationi poſſunt par
tes renuntiare,vt per Bal.in d.l.Modeſtinus.ſ.de dona.cer
te non debet ſtari aſſertioni partium donationem eſſe remune
ratoriam,cum videatur fieri in fraudem legis requirentis inſi
nuationẽ.⁊ pro hoc videtur facere text.in d.l.Aquilius.iũctis
dictis d.Alex.poſt Bal.⁊ Saly.in l.ſi donatione.C.de col.Nã
intelligit d.l.Aquilius.in perſonis nõ prohibitis.Item quan
do expreſſe conſtat de meritis:⁊ tamẽ tex.ibi dubitat,an opus
fuerit inſinuatione,⁊ decidit ꝙ propter benemerita non fuerit
opus,⁊ ꝙ valeat donatio.ergo a cõtrario ſenſu volunt doct.ꝙ
niſi expreſſe cõſtitiſſet de meritis.⁊ ſi fuiſſent perſone alias nõ
prohibite, tamen non valuiſſet donatio,⁊ opus fuerit inſinua
tiõe,licet ibi fuiſſet dictum,quod donabat ob merita.⁊ ibi ita
d.Alex.tenet.dum reſpõdet,⁊ impugnat ſol.Saly.ad l.Aqui
lius.Circa iſtam cauſam vide Bal.in c.edoceri.de reſcri ⁊ ali
quid per Barba.in c.iij.de rebus eccle.non alie.Itẽ alius effe
ctus,quod cum talis donatio non poſſit ſub pretextu ingratitu
dinis reuocari,eſt tex.in l.ſi pater.§.ſi quis.cũ gl.ſupra de do
nationib.videtur hoc modo non poſſe, cum ingratitudinem
poſſit renuntiari,quia dat occaſionem delinquẽdi.l.ſi vnus.§.
illud.ff.de pactis.l.cõuenire ſupra,de pactis dota.Ergo non
debet ſtari aſſertioni,⁊c.Quod talis donatio nõ reuocetur pro
textu liberorum ſuperuenientium,voluit Roma.conſilio.xxvj.
Item quod nõ reuocetur pretextu metus, eſt tex.in l.metum.
magna.§.ſed licet.ff.quod metus cauſa.Item quod poſſit exi
gere donationem inſolidum,vt per Roma.in d.conſi.xxvj.li
cet alias ſit ſecus,l.qui,id ꝙ in prin.ff.de donationibus.Item
ſtatutum loquens de donatione,non comprehendit remunera
toriam,que non eſt proprie donatio,per Abbatem in rubrica
extra de donationibus.⁊ apoſtillauit bene Alex.in l.j.in prin.
ff.de dona.poſſẽt certe clarius procedere circa hec dicta Bar.
ꝙ non ſtetur aſſertioni,⁊c.vide Are.in l.heredes palam.ſupra
de teſta.⁊ Anch.conſi.xxvj.ad fi.vide etiam ad dicta per Bar.
hic Soci.conſi.ccxcv.vt plene tangit.
d P.Pau.P.¶Hoc dixi.Vide Soci.conſi.ccxcv.vo.ij.Deci.
conſilio xx.⁊ xxj.incip.in cauſa illorum.

LEX IX.

PRoponebatur Op.⁊ videtur, quod
poſtquam perſona pa
tris deficit non poſſit fingi ſibi retro queſitum,vt le
ge,quoties.ſupra,de noua.⁊ arg.l.eum,qui ita.§.fi.
ſ.de verborum oblig.Sol.Hic non fingitur patri queſitũ, ſed
fingitur in bonis eius ſemper fuiſſe:ideo ſufficit ſemper extare
bona patris,licet perſona defecerit.

LEX X.

EX nota Hanc legem declara.vt in l.ſi ſeruus
communis Meuij,in prin.ſ.de ſtipu.
ſeruo.

LEX XI.

CAſtrenſe Hanc legem intellige,vt dixi ſu
pra eodem,l.ſi forte.in prin.

LEX XVI

DOtem Oppo.quod hereditas vxoris non ſit
in caſtrenſi peculio,vt ſ.eod.l.ſi militi.
Sol.intellige,quod hic inſtituit virum contempla
tione militie,⁊ hoc conſtat,vt ibi dictũ eſt,⁊ in l.ſi for
te.ſ.eo.¶Quero,quid vult dicere tex.hic,quod liberis cõmne
nibus,qui ſunt in aui familia,confertur.Gl.ponit tres lec.pri
ma,quod per filiam cui data eſt dos,confertur fratribus,⁊ fra
trum filijs,vt ſupra,de colla.do.l.j.§.j.⁊ §.filiam.Iſta lec.nõ ha
bet dubium.Preterea,non bene adaptaretur ad tex.qui nõ lo
quitur de collatione faciẽda fratribus mulieris:ſed de collacio
ne facienda fratribus viri.Adeo dicunt alij,quod hec vxor de
ceſſerat viuo patre viri.vnde cum dos debeat reſtitui, tam ab
ipſo filio ꝓ quo habita fuit dos,quã etiam ab alijs fratribus,
debet alijs fratribus dos cõferri,⁊ loquitur iſta lec.quãdo ex
dote nihil eſt lucrandum ex pacto,vel ex lege:commodũ ergo
quod eſt apud alios fratres,quibus cõfertur erit vt lucretur
interuſuriũ medij temporis,vel ſi heredes vxoris non poterãt
a remanere apud eos,ꝙ no.q2 iſta eſt no.lec.Tertia lec.quãdo[a]
ex dote debebat aliquid lucrari ex pacto,vel ex lege,puta eſt for
ma ſtatutorum Italie vir lucratur tertiam,vel quartã an iſtud
lucrum debeat eſſe precipuum illius filij,cuius fuit vxor,an de
beat cõferri fratribus:Certe gl.diſtinguit.Aut vxor deceſſit vi
uo patre viri,⁊ confertur fratribus omnibus.vt hic.Aut deceſ
ſit poſt mortem patris viri,⁊ tunc erit precipuum illius filij,q
eſt viri,nec tenetur alijs cõmunicaret,vt l.ij.C.fa.er.Ita dicit
gl.⁊ hoc idẽ tenet Dy.ſ.ſol.mat.l.ſi cum dotem.§.tranſgredia
mur ⁊ per Cy.in d.l.ij.C.fa.erciſ.Iſtud dictũ Dy.⁊ Cy.nõ vi
detur verum.Nam quicquid lucratur ex dote etiam viuo patre
eſt aduentitiũ.vt C.de bo.que lib.l.j.⁊ aduentitia non cõferun
tur,vt l.ij.C.de col.ergo lucra iſta nõ cõferuntur.Et hoc puto
verum,ſi ſtatuta dicerẽt.muliere precedente.vir lucretur ter
tiam,⁊ ſic circa perſonam viri deponerẽt:ſed ſi ſtatuta dicerẽt
lucretur ille qui dotem recepit.⁊ ſic comprehenderẽt perſonã
aui,ſeu soceri recipiẽtis,tũc putarem diſtinctionem.Dy.⁊ Cy.
veram.Quarta lec.eſt,quod hic non loquitur de tali collatione
ſed dicamus.confertur ideſt,ad vſum datur,⁊ iſta eſt magis p
pria,ſed precedentes ſuſtineri poſſunt,vt ſ.dixi.

ADDITIONES.

a Alc.¶Tertia lec.eſt,Quãdo ex forma ſtatuti vir lucretur cer
tam partem dotis,an teneatur eam communicare fratribus:
Bal.aliter loquitur in aut.ex teſtam.C.de colla.⁊ vide no.in
l.ſi cum dotem,§.trãſgrediamur.ſ.ſol.mat.⁊ per Mod.Inſti.
de act.§,fuerat.ver.quero de queſtione quotidiana,per Bal.in
l.ij.C.fami.er.⁊ Bal.in tractatu de duob.fratrib,quod retuli
poſt Bal.in l.ſi patruus.C.communia vtri.iud.⁊ vide p Pau.
de Ca.in d.§.trãſgrediamur.⁊ ibi ſcriben.⁊ Saly.in d.l.ij.⁊ mi
hi placet opi.Bar.hic,Bar.⁊ Ang.in l.j.C.de bonis que li.ad
de an lucrum quod capit alter ex fratribus ex vxore mortua,ſit
communicandum,Roma.conſi.ccccvj.

LEX XVII.

1 Filiusfamilias hodie habet heredem,ſiue decedat ex teſta
mento,ſiue ab inteſtato.
2 Pater ex contractu filij filio viuo non tenetur de caſtrenſi pecu
lio,ſed olim de aduentitio,⁊ profectitio tenebatur hodie de ad
uentitio tenetur,vt legitimus adminiſtrator.
3 Pater filio mortuo qualiter teneatur de peculio.
4 Pater ſuccedens filio in peculio quando poſſit petere reſtitu
tionem in integrum.

PAter qui caſtrenſe Iſta eſt mul
tum not.lex,
tam in princi.quam in §.j.Oppo.authen.de her.ab
1 inteſt,veni.§.j.Solu.fateor.†quod hodie indiſtin
cte filiusfamilias habet heredẽ,⁊ ſic pater tenetur vt heres,ſi
ue filius decederet inteſtatus ſiue teſtatus,vt dixi ſ.co.l.j.⁊ ii.
2 ¶†Pro declaratione legis.in gl.ponũtur aliqua.Primo que
a ritur[a] cũ dicatur quod pater ex contractu filij teneatur de pe
culio.vt ſ.titu.de pec.de nouo peculio debet intelligi:Hec gl.
mirabiliter reſpondet,De iure antiquo pater tenetur de pecu
lio ſcilicet profectitio,quod ipſe conceſſit filio,⁊ paſſus eſt eum
habere.Item de peculio aduentitio,quia de iure antiquo non
diſtinguebatur peculium aduentitium a profectitio,cum quic
quid querebat filius querebat patri.De caſtrẽſi vero peculio
non tenetur pater filio aunq,ſed ipſe filius cõuenitur.vt ſupra
b eodem.l.iiij.§.j.Item hodie[b] in aduentitio peculio pater non
tenetur in actione de peculio.ſed poteſt conueniri,vt legitimus
adminiſtrator filij,vt l.j.C.de bo.ma.quod not.q2 per hoc ha
bes intellectum totius tituli.de peculio,⁊ hec vera viuo filio.
3 ¶†Secundo quero,qualiter filio mortuo pater teneatur d pe
culio:Et hic reſpondendum eſt de iure antiquo,quod d pecu
lio aduentitio,⁊ profectitio tenebatur intra annum, per titu
lum,quando actio de pecul.eſt anna.de peculio vero caſtrẽſi,ſi
quidem pater occupat iure peculij,incipit aſſumere vires pe
culij profectitij poſt mortem,⁊ ideo tenetur d peculio intra an
num,ſecus ſi occuparet,vt l.heres.vt hac l.ij.reſponſo.Hodie
vero cum indiſtincte occupet,vt heres,in aduentitijs,⁊ caſtren
ſibus,vel quaſi,non tenetur de peculio:ſed ciuili.⁊ perpetua.
Contra iſta oppo.ſi pater ſuccedat filio,quomodo poteſt de pe
culio teneri,nam pater.qui tenetur de peculio habetur vt fide
iuſſor.vt l.cum filiusfamilias.in prin.ſ.de verbo.obligationi
bus.⁊ ſi fideiuſſor ſuccedat principali.extinguit obligatio fide
iuſſoria,vt l.heres a debitore,§.quod ſi hic.ſupra,de fideiuſſo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

4 Solu. vt in gl. ¶ † Vltimo querit gl. glo. an pater, qui ſuccedit filio in peculio poſſit petere reſtitutionē in integrum, ſicut ipſe filius? Gl. multū ſe inuoluit, veritas eſt vt dicamus, aut pater ſuccedit filio, vt heres, vt pōt impetrare reſtitutionē ex perſona filij. vt l. iij. §. Pōponius. ff. de mino. aut occupauit pater iure peculij. ⁊ nō pōt petere reſtitutionē. vt l. iij. §. ſed vtrum. eo. tit.

ADDITIONES.

a Alex. ¶ Primo queritur, Not. qualiter pater teneatur de peculio ex contractu filij, tam viuo filio, quam mortuo adde omnino Bar. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. in vlti. col. ff. de dā no infec. ⁊ quod not. Bal. in l. fi. C. de vſu. rei iud. Et adde Bal. in l. ſi quis in tātam. C. vnde vi. Et adde quod vbi pater tenetur de peculio profectitio, tenebitur etiā de vſufruc. peculij aduentitij, ſecundum Bal. in l. j. C. exerci. Adde Bar. in prin. in pe. col. ff. de pecu. Bal. poſt Bar. in l. j. in pe. co. C. qui bo. ced. poſſ. ⁊ ibi dicit poſt glo. quod filius non poteſt dare in ſolutum bona profectitia.

b Alex. ¶ Item hodie. Hoc ſequitur Bal. in l. frater de condic. inde. allegando hic not.

a § Pater a filio Nota, quod illud intereſſe[a], quod eſt in tempore iure actionis non
1 eſt inſpiciendum. † de hoc habes glo. no. in l. qui his. ff. de ver. obli. ⁊ ibi alleg. hūc tex. qui eſt valde no. ⁊ hunc. §. didici a Pe. de Bel. in quadam diſputatione.

ADDITIO.

a Alex. ¶ Intereſſe. Intereſſe quod eſt in tempore iure actionis nō eſt inſpiciendum, ⁊ iſtum tex. inducit Bar. in l. ⁊ ſi poſt tres. verſi. item oppo. ⁊ videtur. ff. ſi quis cau.

LEX XVIII.

1 ☞ Statutum quod filiusfamil. non poſſit obligari ſine patris conſenſu habet locum in contractu facto extra locum ſtatuti.

a Ex caſtrenſi[a] In princ. Dicit ſtatutū, hic: ꝙ filiusfamilias non poſſit obligari ſine conſenſu patris. vtrum iſtud habeat locum
1 in contractu facto † a filio extra ciuitatem Peruſij: Et dico, quod ſic ſicut quando interdicitur alicui adminiſtratio incerto actu a iudice, illa interdictio porrigit effectū ſuum ad omnem locum, vt ff. de ver. obl. l. is cui bonis. ita arguit hic Iuriſconſultus. ⁊ ita dixi in repetitione. l. cunctos populos. quā feci per hanc legem.

ADDITIO.

a Alex ¶ Ex caſtrenſi. Si ſtatutum prohibet filium obligari ſine conſenſu patris, habet locum etiam in cōtractu facto extra territorium per ipſum filium, vide Bar. in l. cunctos populos. vbi dixi. vbi alleg. hāc l. C. de ſumma. tri. ⁊ fi. ca.

LEX XIX.

1 ☞ Hereditas patris ratione ſuitatis etiam non adita, tranſmittitur ad extraneum.

Hereditate. §. Filiusfa. Nota, caſum, ꝙ hereditas patris non adita tranſmittitur ad quem-
1 cunque extraneum † ſucceſſorem. ⁊ hoc operatur exiſtentia ſui heredis. de hoc dixi in l. ſi minus qui patri. ff. de vul. ⁊ pupil. ⁊ l. ex militari. in fi. cum l. ſeq. ff. de mili. teſtam.

1 ☞ Vna res non poteſt eſſe plurium inſolidum.
2 Pendere ⁊ in pendenti eſſe quedam poſſunt.
3 Libertas dato ſeruo, cōfirmatur ex dño poſtea ſuperuenienti.

§. Pater peculij. Hūc §. vſqꝫ ad fi. tituli. diuide in tres partes. Primo, qñ. pater manumiſit in teſtamēto ſeruū filij, ⁊ filius inteſtatus deceſſit. Secundo, qñ inſtituit extraneū, qui nō adiuit. Tertio. qñ pater fuit inſtitutus. ſecūda ibi, nō tñ ſi vt heres, ⁊c. tertia eſt infra in
1 l. ſi que cōtinuat cum iſta. ¶ † Nota, vna res nō poteſt eſſe plu-
2 riū inſolidū. vt hic, ⁊ i l. ſi vt certo. §. ſi duobus. ff. cōmo. ¶ † Secundo nota, ꝙ quedam ſunt res que ſunt in pendēti, quod dic,
3 vt l. qui res. ff. de ſol. ⁊ l. vſusfructus. ff. de ſti. ſer. † Tertio nota ꝙ libertas data ſeruo confirmatur ex dominio poſtea ſuperuenienti. Ad hoc opp. glo. de l. ſi ſeruo. ff. qui. ⁊ a qui. Glo. nō ſol. Tu dic ꝙ hic eſt aliquid ꝙ retro fingitur, ſecus in l. contraria. ⁊ hec ſol. colligitur. j. proxi. ⁊ plene dixi in l. cū vir. ff. de vſucap.

De priuilegijs veteranorum. Tit. xviij.

LEX II.

1 ☞ Priuilegium habens per vnum actum contrarium non videtur renunciare.

Honeſte Tene menti hanc legem. Nota ꝙ ille, qui habet priuilegium, per vnum actum contrarium non videtur renuntiare priuilegio. †. Dicam de hoc vobis infra, de decurionibus. l. ij. in fin.

1 ☞ Vectigal dicitur munus patrimoniale.

§. Vectigalia No. tex. ꝙ vectigalia dicuntur munera patrimonialia. Dic † vt hic. De hoc. C. de veteran. l. j. lib. xij.

LEX V.

Veteranos Iſte tex. ibi, ſed veterani: ⁊c. eſt cōtra. l. ij. ff. eo. Nā videtur quod per vnum actum quis perdat priuilegium ſuū Gloſ. ibi ſoluit. aliud eſt, quando quis patitur ſe eligi in decurionem, aliud: quando ad aliud munus. dicam in l. 8. ff. j. de decurio.

Digeſtorum lib. l.

Ad municipalem, & de incolis Titu. j.

¶ Glo. non cōtinuat rub. Tu continua. quatuor ſunt cognitiones, ſcilicet de re pecuniaria, aut de exiſtimatione, aut de crimine capitali, aut de muneribꝰ ⁊ honoribus. l. cognitionū. in pri. j. de vari. ⁊ extraor. cog. De tribus primis eſt dictum ff. ſequit videre de quarta, ſcꝫ de muneribus ⁊ honoribus. Verum quia predicta dicuntur ciuibus, ⁊ incolis: ideo permittit ti. ad municipalem ⁊ de incolis.

LEX I.

1 ☞ Municeps nomen generis: ciuis ⁊ incola nomina ſunt ſpecialia.
Oriundus de caſtro Pōtremuli non dicitur ciuis, nec incola illius caſtri, ſed municeps vel originarius.
2 Natiuitate propria, vel paterna, quis efficitur ciuis.
3 Comitatenſis natus in ciuitate, an ſit ciuis, vel ciuis natus in comitatu, an ſit comitatenſis.
4 Differentia inter comitatenſem, ⁊ ciuem. de iure communi eſt qꝛ comitatenſis ad maiora onera tenetur quam ciuis.
5 Natus in caſtro exiſtenti in Tuſcia ſubdito ciuitati Peruſij, licet ſit ciuis Peruſinus, an erit Tuſcus an Peruſinus.
6 Natus in aliqua parrochia vel porta ciuitatis, quando ciuitas diſtinguitur per portas, dicitur de illa porta ratione originis.
Quis dicitur eſſe illius capelle vel porte, vbi munera ſubit, vel vbi habitat, vel vbi conuerſatur.
7 Manumiſſio ſequitur originem manumittentis, non eius qui iuſſit manumitti.
8 Ciuitas quantum ad temporalia non contrahitur per baptiſmum.
9 Adoptatus ſequitur originē adoptātis, nec per hoc quis perdit ſuā originem, ⁊ durat donec adoptio durat.
10 Forēſis factus monachus, vel canonicus in eccleſia ſancti Laurētij huius ciuitatis, an efficiatur ciuis huius ciuitatis, ⁊ n. 14.
11 Ciuis huius ciuitatis effectus monachus, vel religioſus. non deſinit eſſe ciuis.
12 Capitulum eccleſie ciuitatis, ſi habuit originem in ciuitate, erit ciuis, ⁊ ſi nō habet originem, habet domiciliū ratione incolatꝰ.
13 Forēſis effectus Abbas in iſta ciuitate eſt ciuis huius ciuita.
14 Forēſis effectus Rector eccleſie, efficitur ciuis in illa ciuitate.
Miles poſitus ad exercendam militiam in aliqua ciuitate efficitur ibi ciuis.
15 Municeps quaſi munerum particeps.
Significatio propria aſſumitur ex etymologia vocabuli.
16 Ciuilitas contrahitur ex receptione.
18 Statutum loquens de ciuibus, habet locū etiā in ciuibus non ſubeuntibus munera.
18 Ciuis nō ſubiēs in loco munera. nō dicitur proprie municeps
19 Natus ex matre cōmitatenſi, an ſit comitatenſis.
20 Priuilegio poteſt concedi aliquibus ciuitatibus. vt nati ſequantur originem matris.
21 Infans expoſitus, cuius origo ignoratur, efficitur ciuis illius ciuitatis, vbi eſt expoſitus ⁊ nutritus.
22 Baſtardus legitimatus ſequitur originēm patris.
23 Fruſtra a principe impetratur quod a iure cōmuni cōceditu, verba debent intelligi, vt aliquid operentur.

a Municipem[a] Primo ponit qualiter efficiantur municipes ipſo facto. Secundo, qualiter fiant ex diſpoſitione ciuitatis. Tertio, quid important nomē municip. largo modo, ⁊ improprie ſumendo. Quarto, predicta inducit ad determinationē vnius queſtionis. Quinto. ad predictam determinationem ponit vnā exceptionem, quam probat per reſcripta principum. Sexto circa predicta ponit quorundam falſam opinionem, quam reprobat, Secunda ibi, ⁊ proprie. Tertia ibi, ſed nunc abuſiue

Quarta

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN